Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Sermo de aduentu domini·

Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femore eius· et cetera.
Iacob patriarcha de hac uita migraturus· vocauit omnes
filios suos· dicens· Congregamini filii iacob israel· et ueni
te ad me et annunciabo uobis quecumque uentura sunt uobis nouissimis
diebus· Quibus congregatis· cepit singulis uel natiuitatis or
dinem benedicere· et cum ad iudam uentum est· ait· Non auferetur sceptrum
de iuda et d· d· f· e· d· v· q· m· e· et i· e· e· gentium· ligans ad
vineam pullum suum· et ad uitem asinam suam· lauabit in vino sto
lam suam· et in sanguine uve pallium suum· Pulcriores sunt oculi vino·
et dentes lacte candidiores· Quia in aduentu domini sumus· et
ipsum secundum institucionem domini celebramus ecclesie· hec aduentum
iacob gestiens et presagiens· dixit· non auferetur scep. d. i. et cetera
quia non deficiet princeps et dux de tribu iuda· quousque sit in populo illo
donec ueniat christus qui est mittendus a patre· qui erit spes et salus
omnium· Hec prophecia tempore incarnacionis conpleta est quando primum cepit
regnare alienigena Herodes· sub quo ipse natus est· Postquam
sermo propheticus aduentum christi predixit dicens· non auferetur et cetera· adiecit
de his que facturus erat· dicens· ligans ad uineam pullum suum et cetera·
De isto pullo indomito et de asina ista· habemus in evangelio· quod christus
cum appropinquasset bethphage ad montem oliveti· misit duos de di
scipulis suis· dicens· Ite in castellum quod contra vos est· et invenietis pul
lum et asinam· sol· et a· m· Iste pullus· gentium populum indomitum
et petulantem significat· quem christus adveniens ligauit ad uineam de qua
dictum est· Vinea domini sabaoth domus israel est· Huic uinee coniunc
tus est gentilis populus· cum ad fidem antiquorum patrum per doctrinam christi est
reductus· Asina domita et ligata iudeorum plebem lege et prophetis
domitam· et cultui divino mancipatam significat· quam christus in carne natus
ligauit ad uitem· hoc est ad se ipsum quia de se dicit Ego sum uitis uera· et
in eo manens uvas facere· secundum opera deificis intime dilectionis